

TRAWSYK, villa sub parochia de Czemyernyky . . .

DROHUCZA, villa sub parochia de Czemyernyky . . .

OLESCHNIKY PELCZE . . .

IDZYKOWYCZE . . .

SZESTRZEWYTHOW . . .

MEGLEW.

Villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, Sancto Vito dicatam cuius haeres Johannes Podolyensky de armis Lewarthonum. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae habentes agros, item duo praedia militaria, de quibus omnibus solvitur et conductitur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Meglew, et valor eius aestimatur ad triginta marcas. Item ecclesia habet ibi agros proprios et prata, pro suo usu praedio et necessitate.

STRZESCHKOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Meglew sita . . .

KRZESZYMOW, villa sub parochia de Meglew sita . . .

MYENKOWYCZE WYANCKOWY, villa sub parochia de Meglew sita . . .

MYENKOWYCZE THOMAE, villa sub parochia de Meglew sita . . .

BYSTRZEYOWYCZE MICHAELIS, villa sub parochia de Meglew sita . . .

BYSTRZEYOWYCZE JOHANNIS, villa sub parochia de Meglew sita . . .

STAROSZCZYCZE, villa sub parochia de Meglew sita . . .

WYZCHOWYSZKA, villa sub parochia ecclesiae de Meglew sita . . .

WILKOLAZI.

Villa habens ecclesiam parochialem in se ligneam, Sancto Johanni Baptista dicatam, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae regiae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, item praedium unum regium, de quibus omnibus solvitur et conductitur decima manipularis pro ecclesia in Wilkolazy, cuius valor ad decem marcas. Item ecclesia habet ibi tres laneos, prataque sufficientia, et unam piscinam; item unam tabernam habentem agros, quae pro censu annuo solvit plebano unam marcam.

RUDNYK, villa sub parochia de Wykolaazi sita, cuius haeredes Andrzej et . . . In qua sunt lanei cmethonales, item duo praedia, de quibus omnibus solvitur et conductitur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano in Wykolaazy, cuius valor aestimatur ad . . .

STRZEZOWYCZE, villa sub parochia de Wykolaazy sita, cuius haeres Johannes Curozwanczky de domo Rozarum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima per sex grossos episcopo Cracoviensi. Item sunt ibi aliqui lanei cmethonales et unum praedium militare, de quibus decima solvitur manipularis ecclesiae in Wykolaazy.

CLODNYCZA, villa sub parochia de Wykłolazy sita, cuius haeredes Johannes, Hector, Nicolaus et Michael de armis Wyenyawa; duo tantummodo praedia nobilium erant, de quibus decimabatur pro ecclesia in Wykłolazy; octo lanei cmethonales in cruda radice, et octo lanei antiqui, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, sed nobiles multiplicati, depositis cmethonibus, fecerunt sibi praedia, de quibus decimant contra iustitiam, ecclesiae in Wykłolazy.

WYKOLASZKA WOLYA, villa sub parochia de Wykłolazy sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per sex grossos communis pecuniae, episcopo Cracoviensi. Item sunt ibi tabernae, item hortulaniae habentes agros, item praedium est ibi regium, de cuius agris decimatur ecclesiae et plebano in Wykłolazy.

SIROKOMLYA.

Villa habens parochialem ecclesiam in se muratam, et Sanctae Margarethae Virgini et martyri dicatam, cuius proprietas ad Nicolaum Janowsky nobilem de domo Sirokomlya pertinet. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conductitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item ecclesia habet ibi proprios agros et prata, pro suo praedio, usu et necessitate. Fundata autem est haec ecclesia per Bodzantham episcopum Cracoviensem, et decima manipulari mensae episcopalis in villa Kyani dotata, de quo habetur eiusdem Bodzanthae et capituli privilegium.

JANOWICZE, villa sub parochia de Srokomla sita, cuius haeres Nicolaus Janowsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conductitur decima manipularis et canapalis monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item praedium unum est ibi, de quo decimatur ecclesiae et plebano eius in Srokomla, et valor eius aestimatur ad ...

MANCZYMYR, villa sub parochia de Srokomla sita, cuius haeredes Stanislaus Stephanus et . . . de armis . . . In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus omnibus, et de quibusdam agris dictis Zaplocze, solvitur et conductitur decima manipularis et canapalis monasterio Sanctae Crucis Calvi Montis, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae et plebano in Srokomla.

PRZELANK, villa sub parochia de Srokomla sita, cuius haeres Nicolaus Janowsky de armis Srokomla. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conductitur decima manipularis pro monasterio Sanctae Crucis, cuius valor aestimatur ad . . .